

dum est? An vera notio modi quo Deus voluntatem movet, percipi ab humana mente potest? Moveri, determinari, & quidem intrinsecus, voluntatem a Deo, Scripturae, Concilia, Patres, & luculentissima rationum momenta evincunt; modus vero quo id Deus praestat, humanam fugit cognitionem. Mihi duo certa sunt: nempe Deum gratia natura sua efficiat voluntatem determinari, & voluntatem sub hac gratia liberam esse libertate indifferentia.

V. Missio itaque vocum diffidit, res ipsa discutienda est. Ad nunquid hoc ego celebrantiam de auxiliis divinis in humanam voluntatem controversiam revocabo? Si id agerent, ab instituto meo toto caelo aberrarem. Sed ea expositi quae ad rectam humanae libertatis ideam formandam conducere exiliant. Non sem nectius, plures tutores qui nimis prolixitatis in explicanda libertate me scilicet reprehenderi. At meminere censes illi, hoc nostro infelici tempore nihil frequentius in discrium disputationem adduci quam libertatis argumentum. Ego autem non calumniam, sed meros conscientiae calus, ab hominibus excogitatos, dicentibus, sed dogmata, & precepta christiana professionis exponenda iudicari. Haec obiter. E diverticulo in semitam regressor, & pauca adiciam, veluti per transeantem, ex S. Thoma, qui invicibilis rationibus evincit, divinum auxilium, quo Deus efficaciter voluntatem determinat, nullum infere humanae libertati praedictum; sed contra ipsam roborare, quae perficere, Lib. III. cont. Gent. cap. lxxxviii. adduct hac duo Scripturae loca, ut intrinsecam efficaciam divinae motionis evincat. Cor regis in manu Domini, & quocumque voluerit, inclinabit illud: Proverb. xxi. Allegat alterum ex S. Paulo ad Philip. ii. Deus est qui operatur in nobis & velle, & perficere pro bona voluntate. Ex quibus hoc pacto argumentatur cap. lxxxix. Quidam vero non intelligentes, qualiter motum voluntatis Deus in nobis causare possit, ab his praedictio libertatis, contra sunt his auctoritates male exponere, ut scilicet dicent; quod Deus causat in vobis velle, & perficere, in quantum dat nobis virtutem volendi, non autem sic quod faciat nos velle nocere, vel illud; sicut Originus exponit in III. Periechon, liberum arbitrium defendens contra auctoritates praedictas. Ex hoc processisse videtur opinio quorundam qui dicebant, quod providentia non est de his quae subsumt libero arbitrio, scilicet de electionibus; sed providentia refertur ad exteriores eventus. Non enim qui

eligit aliquid consequi, vel perficere, puta edificare, vel divari, semper poterit ad hoc pervenire. Et sic eventus nostrarum actionum non subiacet libero arbitrio, sed providentiae disponuntur.

Quibus quidem, auctoritatibus sacrae Scripturae resistitur evidenter. Dicitur enim Isa. xxvi. Omnia opera, nostra operatus es in nobis Domine. Unde, non solum virtutem volendi a Deo habemus, sed etiam operationem, & Praeterea. Hoc ipsum quod idem dicit, Quocumque voluerit, inclinabit illud, ostendit non solum deum causalitatem ad potentiam voluntatis extendi, sed etiam ad actionem ipsius. Item. Deus non solum dat rebus virtutem; sed etiam nulla res potest propria virtute agere, nisi agat in virtute ipsius, ut supra ostensum est. Ergo homo non potest virtute sua voluntatis sibi data uti, nisi in quantum agit in virtute Dei. Illud autem in cuius virtute agens agit, est causa non solum virtutis, sed etiam actus eius: quod in artefice apparet, in cuius virtute agit instrumentum, etiam quod ab hoc artefice propriam formam non accipit, sed solum ab ipso applicatur ad actum. Deus est nobis causa, non solum voluntatis, sed etiam volendi. 4. Amplius. Perfectissimus invenitur ordo in spiritualibus quam in corporalibus. In corporalibus autem omnis motus causatur a primo motu. Oportet igitur quod in spiritualibus omnis motus voluntatis a prima voluntate causetur, quae est voluntas Dei. 5. Adhuc. Superius ostensum est quod Deus est causa omnis actionis, & operatur in omni genere: est igitur causa motuum voluntatis, & voluntatis. 6. Item. Huius, quod aliqui intelligat, consilietur, & eligat, & velit, oportet aliquid esse causam: quia omne novum oportet quod habeat aliquam causam. Si autem est causa eius aliud consilium & alia voluntas praecedens, cum non sit procedere in his in infinitum, oportet deinceps ad aliquid primum. Huiusmodi autem primum oportet esse aliquid quod est melius ratione. Nihil autem est melius intellectu, & ratione, nisi Deus. Est igitur Deus principium nostrorum consiliorum, & voluntatum.

VI. Quis aliquo commento eludere hanc sancti Thomae doctrinam valet? Docet, Dei virtutem & voluntatem movere, & eundem causam esse. Qui indifferenter se habet ad aliquem effectum, dicitur ne operari effectum hunc? Applicare Deum voluntatem ad agendum, quomodo artifex applicat instrumentum, docet Doctor sanctus. Cur vero applicatio haec non praedicitur libertati, textentis in locis explicat. Unum referam ex

1. 2. quest. x. art. 4. Ad providentiam divinam non pertinet naturam rerum corrumpere, sed servare. Unde omnia movet secundum eorum conditionem; in quod ex causis necessariis per motionem divinam sequuntur effectus ex necessitate; ex causis autem contingentibus sequuntur effectus contingentes. Quia igitur voluntas est actuum principium, non determinatum ad unum, sed indifferenter se habens ad multa; sic Deus ipsam movet, quod non ex necessitate, ad unum determinat, sed remanet motus eius contingens, & non necessarius, nisi in his ad quae naturaliter movetur.... Voluntatis divina non solum se extendit ut aliquid fiat per rem quam movet, sed ut etiam eo modo fiat quo congruit naturae ipsius. Et illico magis repugnaret divinae motioni, si voluntas ex necessitate moveretur, quod suae naturae non competit, quam si moveretur libere pro ut competit suae naturae. Si plura alia cupis, conliale loca citata eundem S. Doctoris.

CAPUT VIII.

Mirabilis actuum humanorum harmonia, & ordo. Quam in se de humanis officiis disputent. Putendorius, Thomae, Cumberlandus, Heinscius, Wolfius, ceterique Profusantes.

I. Samuel Pufendorfus in suo de homine & civitate tractatu officia humana exponens, adeo iustae principia proxima, quae humana officia producent, nempe voluntarium, liberum, libertaticum ideam, mentis, & voluntatis recipiuntur motionem explicat, ut mirum sit, exordium illud a scolis magis fieri. Sed, ea est eorum qui tumultuarie, caligante levata methodo scientias addiscunt, conditio, ut vix distinguere scaturum a genuino, veram a falso sciant. In opere autem de iur. nat. & gent. de intellectu, & voluntate, de ignorantia, de conscientia folio illi sermo, & de more tanta miscet veris. Cumberlandus, ut viam latam sibi aperiat ad mores humanos formandos, a valorum imperatorum amplitudine, ad ingenti cerebri quantitate, a ceteris humani corporis partibus praedia arcebat. Helmetius de voluntario, de libero, de actuum mentis, tum voluntatis oeconomia vis verba facit. Wolfius in Philologia moralis impenita propositionum multitudine omnia involvit.

II. Illud hic advertendum, Auctores istos, excepto Thomasio, viro identissimo, libertatem propugnant, delectis datibus Lutheri Calvinique. Ut humani generis tibi

liberum declinent, fateri tandem aliquando debent esse hominem coacti sunt. Si recte saperent, & nisi caecitatis caligo eos abduceret, confiteri quocumque deberent, Lutherum, & Calvinum non nisi commentitiam, iudicari praedicare potuisse religionem; si ipsi factitibus, primam vere religionis, humanamque societatis fundamentum, humanam nempe libertatem, penitus infunderent. At, his iudiciis, propositum exequamur.

III. Duplex in primis ordo in animae nostrae internis officiis distinguitur, intentionis nempe, & executionis. Novem comprehendit ordo iste officia. Actio prima finis cognitio. Nil quippe volumus, quam ipse precognitio. Haec finis cognitio voluntati exhibet bonitatem, quae ad illi amorem invitatur, & allicit. Huic prime intellectus actioni respondet voluntas actus, qui simplex volentio nuncupatur; quae primus voluntatis fructus est, in quem ut erumpat voluntas, impelli ab aliquo principio debet, ut supra ex S. Thoma demonstravi. Omnes voluntatis actus sunt volitiones; sed haec prima, ut a posteribus distincta simplex volentio idcirco appellatur, quia in finis complacentia sistit, illuc in se a mediis seculum diligit; & propterea volentia, seu actio languida, & inefficax vocatur. Virtutis pulchritudo etiam vitiosis aridet, eam absolute spectatam diligant; ad dilectionem torpida & infirma: quia, ut ad executionem respectum habet, ab eadem voluntatem effluunt. Hanc simplicem finis volitionem aevitae eundem finis intuitu consequitur, quae finem meditis comparandum spectat, seu finem spectat, ut rationem prodit volendi media quibus obtinetur. Et quoniam actus quo media executioni demandantur, specie distinguitur a finis intentione, nihil tamen impedit quominus voluntas uno actu feratur in finem & in media, quatenus in fine continentur. Quoniam tum plura ordinate, & per modum unitatis attinguntur, ut S. Thomas docet 1. 2. qu. viii. art. 3. his verbis: Manifestum est ergo quod unus & idem motus voluntatis est quo fertur in finem, secundum quod est ratio volendi in quo sunt ad finem, & in ipsa quo sunt ad finem. Ceterum actus electionis mediorem absolute distinctus ab intentione finis est.

IV. Saepe finis intentio intellectui, attentio voluntati a nonnullis Scripturis attribuitur. Verum similes locutiones non adeo praecise sunt nec ad Metaphysicæ regulas exacte, sed promissive quodque intentio pro attentione usurpatur in communi sermone: quoniam sicut attentio operationes dirigat, H 4 rigit,

rigat, ita intentio affectuum, & universa moralis disciplina economiam moderatur. Intentio oculis, & lucerna saepe nuncupatur: quia quemadmodum oculus hominum gressus, sic intentio voluntatis molimina, conatus, & studia in ultimam humanorum actuum amulsum dirigit ordinatque. Ab istius intentionis rectitudine toto pendet morum sanctimonia. Si istius intentionis oculus simplex & splendens fuerit, totum corpus lucidum erit. Haec solum definit in quem collucere conatus tuos debeas. Si haec prava fuerit, cetera omnia, licet virtutis speciem praeferant, forsdent, & inquinata laetent.

V. Intentioni succedit intellectus, sicut in ratiocinio intellectus practici. Hic media explorat, utroque oblatendum finis est. Ilorum cum hoc convenientiam maiorem aut minorem, propinquitatem proximiorum aut remotiorum expendit, libratur. In hoc consilio duo includuntur actus. Prior est *inscriptio mentium*, quando media incerta sunt, & dubia; posterior *iudicium*, quo mediorum utilitas, & cum fine convenientia iudicatur. Priorum actum dirigit virtus, quae nuncupatur *prudencia*; posteriorum *inquisitio*, *gaudio*. Consilium agendorum summopere inculcat Patres, & Scripturae sanctae. Ego sapientia in consilio habito, & emittis internum cogitationibus, inquit Salomon Proverb. viii. Et iterum cap. xxv. *Causam tuam tracta cum amantissimo, & secretum extraneum ne reveles: ne forte insulet tibi, cum audieris, & exprobre non possit.* Consilium peculiare donum Dei est paucis concessum; tamen via unus, si qui illud sibi non arroget. Duo ad consilium necessaria; prudentia, quae sine penetratione mentis, & rerum experimento raro reperitur; affectuum puritas, ingenia benevolentia. Amicum habes sincerum, candidum, benevolum, sed hebetem, loquacem, nullius penetrationis. Amicitia haec inutilis. Habes alterum perpicacem, acutum, eruditum sed subdolum versutum, vatum: quid hinc commodi? Videbis plurimos, qui acute omnia cribrant, enucleant, media omnia in scenam revocant, quae contra obstant, dispuant; sed ita morosi, superstitiosi, & anxii, ut nec ipsi, quid consilii dare debeant, internotent; & frequentissime peiora suadent, & eligunt. Quid ergo? Nulli ne consilium boni? Audi omnium hominum sapientissimum Salomonem Eccles. vi. *Multa pacifica sunt tibi, & consiliarius tibi tibi unus de mille.* Haec collige quam difficile sit verum reperire consilium. Scribit enim S. Ambrosius Lib. II. Offic. *Talis debet esse qui consilium*

dat, ut seipsum formam alius ad exemplum bonorum operum exhibeat in doctrina, in integritate, in gravitate, ut sit eius sermo salubris, atque irreprehensibilis, consilium utile, cum honesta, sententia decorat.

VI. Consilium sequitur voluntatis consensus, quo proposita media approbatur, & acceptatur, quatenus utilia sunt, & ad finis affectionem idonea, & contentanea. Actus iste ab electione unius prae alio medio fecerunt; quando tamen plura occurrunt media quae ad finem conducant, in quae contentare voluntas possit, & in eisdem libi complacere propter propinquitatem cum fine. Si unicum sit ad finem medium, tum ab electione minime distinguitur consensus. Hic re admonere iuvat, ut sensum a consensu distinguas. Non pauci, dum sensum in tentationum spestris experientur, anxii sunt, quod non discernant sensum inter & consensum discernant. Scite S. Bernardus hoc de re loquitur de dom. inter, cap. viii. *Locum sermone ratio semper dividit. Si vero aliquem motum ad id quod non debet, vel quomodo non debet, senserit; non consentiat, sed illi resistat. Nam solus consensus reos non facit. Tunc enim anima mori, sicut scriptum est, dicitur, cum ipsa ratio ad peccatum per consensum incurvat. Anima enim quae peccaverit, ipsa morietur.*

VII. Post consilium succedit electio medium, quae est actus voluntatis. Praesupponit utique actum rationis dirigentis, ordinantis, & mediorum cum fine utilitatem conferentis. Verum voluntas est quae eligit unum prae alio medium, ut docet S. Thomas 1. 2. *quae. xlii. ar. 1.* Et quomvis circa media veritatem, nil impedit quomvis eligere finem veritatem, quoties finis rationem indicat mediis contententis ad alium finem inferiorem, sicut principium unius scientiae potest alterius esse conclusio. In lata significatione dicitur illud Deuter. xxvi. *Domini mei eligisti locum, ut sit tibi Deus, & ambules in vis eius.* Item Luc. x. *Optimam partem elegisti tibi Maria, quae non auferetur ab ea.*

VIII. Electionem comitatur imperium, cuius est iubere mediorum executionem. Omnes quos, delicti, actus interiores sunt: electio ipsa intra voluntatem sistit. Imperium, quod est actus intellectus, foras erumpit, & ceteris potentis tum internis, tum externis executionem intinat, subterque, ut praedicit S. Thomas 1. 2. *quae. xvii. ar. 3. ad 1.* Post determinationem consilii, quae est indicationis, voluntas eligit, & post electio-

nem ratio imperat ei per quod agendum est quod eligitur; & tunc demum voluntas alicuius incipit uti exequendo imperium rationis: quandoque quidem voluntas alterius, cum alicuius imperat alteri; quandoque voluntas ipsius imperat, cum alicuius imperat sibi ipsi. Quomodo voluntas applicet intellectum ad imperandum, & vicium intellectus imperat voluntati, mutuaque illius duplicis potentiae subiectionem, & reciprocam ordinem explicat idem S. Thomas *loc. cit. ar. 1.*

IX. Instaurato imperio, continuo succedit usus alicuius voluntatis: qui actus ab electione distinguitur. Haec media spectat ut futura; & ille ut praesentia, & in executionem redigenda per potentias exteriores. Hoc opus, hic labor est. Officium istud omnium difficillimum. Plurimi sunt qui recte iudicant; qui consilia optima praebent, qui eligenda decernunt. At, cum executioni demandanda consilia sunt, tum omnia evanescunt, languent, torpescunt; & si manum operi admovent, cito ab inceptis recedunt. Quae omnia praedicit S. Bernardus explicat Lib. I. de Considerat. cap. xi. *Quoties vis, & incassum? Quoties moros, nec permos? Quoties conaris, & non datur ultra? Enteris, & non obtines; parturis, & non paris; tentas, & non adripis. Ubi incipis, ubi desicis; & dum adhibe ordinaris, succidant te.* Haec linguili experitur, dum prae proposita multiplicata, quibus saepe executioni non respondet ob voluntatis nostrae imbecillitatem.

X. Postremum, & nonus actus est fructio finis. Hic actus voluntatis est, quae quemadmodum finem possidendum concupiscit, sic obsecro, & possessio fructus. Fructio haec quies est appetitus, & delectatio de amato fine. *Veritas, fruatur bonis.* Sap. 2. Duplex distingui fructio solet. Altera imperfecta, quae sibi de fine sperato, & amato complacet, secundum illud Rom. xiii. *Spe gaudentes.* Altera perfecta, & consummata, quae finis adeptationem consequitur, & solum in patria habetur.

XI. Eo delineatam actuum humanorum picturam paucis quidem, & nimis rudi penicillo. At, si plura cupis, consule laudatum S. Thomam, qui de more haec omnia incredibili perpicuitate, & profunditate exponit, omnes animae recessus penetrat, & omnia ob oculos ponit. In hac mirabili harmonia duopotissimum sollicitos habere nos debent, intentio, & exsecutio. Intentio, tamen cognitionem, & volitionem finis praesupponat, nihilominus illa est a qua plurimum pendet successum actionum honestas & sanctitas.

Haec est fax quae praeiudicat, quae tenebras dissipat, quae, veluti sol, aliis officiis lumen, & perfectionem communicat. Heinec illi quod dæmon, quod praebitorum amor nostri omni versuta eam facere conatur. Quoniam fuerit, aut insolens intentio ipsa bona opera corrumpit; quemadmodum opera prava quaecumque vel sanctissimum intentionem inquinant. Monitum ergo S. Bernardi Lib. de praecip. & dispensat. cap. xiv. *alta sit mente repositum. Ut interior oculus vere sit simplex, duo illi esse arbitror necessaria, caritatem in intentione, & in electione veritatem.* Nam, si bonum quidem diligit, sed veritatem non eligit; habet quidem zelum Dei, sed non secundum scientiam. Et nescio quemadmodum iudicio veritatis vera esse possit cum falsitate simplicitatis. Volens denique ad veram simplicitatem instruere simplicitatem magistris veritatis, Eltoe, inquit, prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbae. Promisit ergo praedictam, sine qua neminem satis esse posse simplicem scire. Quomodo denique vere simplex erit oculus cum ignorantia veritatis? *dat vero vere dici potest simplicitas quam simplex ignorat veritas? Scriptum est enim: Ignorans ignorabitur. Patet ergo laudabilem illam, & a Domino laudatam simplicitatem, absque his duobus non esse bonis, benevolentiam, atque prudentiam, ut oculus videat cordis non solum pius, qui fallere nolit, sed & caecus sit, qui falli non possit.* Impendens hanc meditari caelestem doctrinam vellem illos qui piis, rectique intentionibus plenos tello lactant; sed semper, aut frequenter in electionibus deficient. Preces Deo fundant, sed quam illi habent, non quam Deus mittit. Orant ut Deus temeritatis in falcepsa deliberatione desigat. Respicit, & dum deprehendit electionem cum veritate pugnantem, intellige falsam esse intentionem tuam, quam ignoranter praetextu inepte excusare studes. Quoniam ignorans ignorabitur. Si lumine caelesti persulsa intentio tua foret, totum opus lucidum esset. Falsa est intentio. Ergo totum negotium obcurum reputatur. Haec quoque collige quam turpiter illi aberrant qui cum falsitate bonitatem moralem veram componunt beneficio ignorantiae invincibilis.

CAPUT VIII.

De actu humanorum moralitate. Vera istius moralitatis ratio. Ergo Pufendorfii, moralitatem constituentis in imputabilitate, castigatur.

I. **H**actenus de voluntario, & libero, quae sunt fundamenta & principia efficientia actuum moralium, disputatum est. Haec consequitur discutendum nunc esse istorum actuum moralitatem. In quolibet morali actu quatuor distinguuntur, esse physicum seu naturale, voluntarium, liberum, morale. Tria prima iam explicata sunt: quatuor explicandum remanet. Ut vero facilius, & distinctius id præstetur; variis quaestionibus rem totam dispiciam.

II. **Q**uest. I. *Sita ne est in libertate, aut denominatione aliqua extrinseca, actuum humanorum moralitas?* Resp. Communis sententia est, necessario quidem liberatum moralitatem præcedere, tamquam eiusdem fundamentum, & causam efficientem; secus in eadem sitam esse istius essentiam. Quod debeat præcedere, patet. Quoniam actio quae non est libera, nequit moraliter bona esse, aut mala. Actiones quippe necessariae hominum domino non subiacent; atque adeo nullam præter physicam bonitatem habere valent. Porro quod in libertate non consistit humanorum actuum moralitas, similiter evidens est. Siquidem actus idem, invariata libertate, duplicem induere moralitatis speciem potest. Quis occidit maritum, ut adulterium perpetret cum eiusdem uxore, duo crimina committit eadem & unica libertate. Si in hac sita moralitas esset, unicum, sicuti unica est libertas, non duo peccata forent. Tandem denominatio extrinseca quod rationis est. Ergo in eadem consistere moralitas nequit; cum hac quod reale sit, nemine cogitante, actui morali inhaerens, ut infra evidenter palam fiet.

III. **Q**uest. II. *Moralitatis ratio sita ne est in ordine, & conformitate ad regulas morum?* Resp. Adfirmat S. Thomas, & communiter graviores Theologi. Inquit enim Angelicus I. 2. quæst. xviii. art. 6. *Actus humanus qui dicitur moralis, habet speciem in obiecto reposito ad principium actuum humanorum, quod est ratio. Unde, si obiectum actus inhiat ad alio quod conveniat ordini rationis, erit actus bonus secundum suam speciem. Hoc idem reperit quæst. xix. art. 1. ad 3. Bonum per rationem representatur voluntati, ut obiectum; &*

inquantum cadit sub ordine rationis, pertinet ad genus moris, & causat bonitatem moralem in actu voluntatis. Ratio enim principium est humanorum, & moralium actuum. In hoc itaque officiorum ordine ad obiectum, morum regalis circumscriptum, sita est moralitatis essentia. Quae sunt morum regalia, mox dicam. Hic ordo, qui etiam dicitur tendentia, & habitudo, realis est, seu actus ipse situate natura conformis, aut dissensus, legi æternæ, & rationi est. Disputant Theologi, num transcendentalis, an prædicamentalis ratio dicenda hæc sit. Sed hæc disputatio inter illos rejicimus quæ nullius momenti sunt. Communiter docent esse relationem transcendentalem.

IV. **Q**uest. III. *Quanam sint morum regule?* Resp. In primis dux sunt. Altera extrinseca, & remota, videlicet lex æterna. Altera proxima, & intima, quæ in ipso reidet homine, nempe mentis ratio. Ita docet S. Thomas I. 2. quæst. lxxi. art. 6. *Habet autem actus humanus, quod sit malus ex eo quod caret debita commensuratione. Commensuratio commensuratio cuiuscunque rei attenditur per comparationem ad aliquam regulam, a qua si divergat, incommensurata erit. Regula autem voluntatis humane est duplex: una proxima, & homogenea, scilicet ipsa humana ratio; alia vero est prima regula, scilicet lex æterna, quæ est quasi ratio Dei. Hæc S. Thomæ doctrina suapte natura evidens est. Regula moralitatis firma, immobilis, omnique carens defectu sit oportet. Porro sic solus Deus est primus principium sine defectu in rerum productione; ita est prima regula cuiusque moralitatis. Quam doctrinam exornat hæc similitudo idem S. Thomæ cit. quæst. lxxi. art. 3. ad 4. *Quidquid est contra rationem artificiatum, est etiam contra naturam artis, quæ artificiatum producit. Lex autem æterna comparatur ad ordinem rationis humane, sicut ars ad artificiatum. Unde eiusdem rationis est, quod vitium & peccatum fit contra ordinem rationis humane, & quod fit contra legem æternam. Unde Augustinus dicit in III. de lib. arbitrio cap. xv. quod a Deo habent omnes nature, quod nature sunt; & inquantum sunt vitiosa, inquantum ab eis, quæ facta sunt, arte discedunt.**

V. **H**æc æterna lex rationem nostram dirigit, & lumen signatum super intellectum humanum est quidam radius, sive participatio eiusdem æternæ legis. Porro lumen istud, sive dictamen rectæ rationis est proxima & immediata operantis nostre regula. Hæc quippe est divine providentiæ dispositio, ut licet

CAPUT IX.

Unde actus morales speciem capiant.

I. **F**UO sermone rem hanc discutit S. Thomas I. 2. quæst. xviii. in quindecim articulis tributa. Pauca hic delibabo. Desinit art. 2. actiones morales speciem accipere ab obiecto, inquires: *Bonum, & malum actionis, sicut & ceterarum rerum, attenditur esse plenitudinem essendi, vel defectu ipsius. Primum autem quod ad plenitudinem essendi pertinere videtur, est id quod dicitur rei speciem. Sic autem res naturalis habet speciem ex sua forma, ita actio habet speciem ex obiecto, sicut & motus ex termino. Et ideo sicut prima bonitas rei naturalis attenditur ex sua forma, quæ dat speciem est: ita & prima bonitas actus moralis attenditur ex obiecto convenienti. Si obiectum absolute spectetur, actio sumit ab eodem bonitatem genericam. Ad nullum reipsa obiectum reperitur quod non sit in aliqua parte constitutum: idcirco ab eodem actui subiectivam speciem bonitatem. Quodlibet obiectum sub duplici spectari ratione valet, nempe physice, & moraliter: & idem physice obiectum duplicem moralitatis præbere ipsedem potest. Eadem femina potest esse obiectum adulteri, vel actus coniugii, amoris, vel odii eadem pecunia obiectum furti, & restitutionis. Obiectum, & finis operis eodem modo recidunt, & pro eodem habentur. Finis operis, seu intrinsece elementarius est pauperis levamen; similitudo est obiectum quod præbet primam speciem moralitatis. Heinc est quod non raro dicitur, actiones speciem capere a fine, videlicet operis. Advertas tamen velim, quod, ut actio aliqua fit æternæ premio digna, præter finem operis dirigi debet ab operante in finem superiorum, nempe Deum, ut prælate docet S. Augustinus Lib. IV. contra Iulian. cap. 111. *Quidquid autem boni fit ab homine, & non propter hoc fit propter quod fieri debere vera sapientia recipit, nisi officium videatur bonum, ipso non recte fit peccatum esse. Actio, quatenus obiectum spectat, officium nuncupatur. Hoc officia, puta virginitas, quæ Vestales a veneris abluentibus; subditum, quod Ethnicis triuntur pauperibus; bona sunt: ut ad ex fine non recta mala evadunt. Et hoc compertum apud omnes est. Num mala evadunt, quoties homo in his officia sitens, nec ad malum, nec ad bonum finem dirigit, dictum est in *differt. de carit. Lib. I. Interim audi quæ loc. cit. subdit Augustinus. Noctis, non officii, sed si-***

*ti exultis secunde vim ad agendum communitur, & cum eisdem producit effectus; ita quoque lumen lux æternæ legis hominibus imperat, quod moderari proprias valent actiones. Lumen istud, univertale respiciens bonum in communi, applicatur per prædictum conscientie dictamen ad operationes particulares, ut fulius explicabimus in *differt. de conscientia.**

VI. **Q**uest. IV. *An moralitas actionum consistat in imputabilitate?* Resp. Samuel Pufendorfus Lib. I. de iur. nat. & gen. cap. v. constituit actionum moralitatem in imputabilitate, inquires §. 3. *Formale actionis moralis consistit in imputabilitate, utra loquar, ut potest imputari... Unde facile intelligitur, causæ moralis, proprie ac stricte loquendo, formalem rationem in imputabilitate, sed et terminalem spectata, consistere. Est autem & hoc observandum (subdit §. 4.) quod formale actionis moralis, i. e. imputabilitatis, habeat rationem formæ positivæ, ex qua radicaliter affectiones, proprietates, & consequentia eiusdem resultant.*

VIII. Non ideo signavi verba, *imputabilitatem, terminaliter, radicaliter*, ut locutionis barbariem hanc? Quia mala, quæ divitæ, vel humane læsi adveniunt, Ergo prius est quod actio sit consentanea, aut dissentanea legi, quam quod fit homini vel ad mercedem, vel ad supplicium imputabilis. Veram hic Pufendorfii error ad alio pelori pendet, de quo infra sermo erit. Probatur itaque manet, actionum moralitatem sitam esse in conformitate ad regulas morum. Idque ex ipis divinitus Scripturis patet. Deus enim ad Cain dixit Genes. iv. *Nonne, si bene egeris, recipies; sin autem male, statim in foribus peccatum aderis? Quod quod, antequam imputetur actio, gradus malitiae, aut bonitatis expenduntur, ut maior, aut minor poena, maius, aut minus premium agenti destinetur?*

nibus distinguendas esse virtutes. Officium est autem quod faciendum est: finis autem proprius quem faciendum est. Et paulo post. Si quidem manus abstinere ab alieno, si officium cogitis, potest videri esse iustitia; sed cum quaeritur, quare fiat; & respondetur, ne plus pecunie litibus pereat: quomodo iam hoc factum vera poterit esse iustitia, cum servat avaritiam?

II. Actus qui sunt indifferentes, speciem capiunt a fine; sed tum finis, tum circumstantiae, obiecti rationem induunt, ut oprime docet S. Thomas 1. 2. qu. xxi. art. 2. Praecipua autem legis iura de actibus humanis, in quibus lex dirigit, ut supra dictum est. Sunt autem tres differentiae humorum actuum. Nam, sicut supra dictum est, quidam actus sunt boni ex genere, qui sunt actus virtutum: & respectu horum ponitur legis actus praecipue, vel imperare. Praecipit autem lex omnes actus virtutum. Quidam vero sunt actus mali ex genere, sicut actus vitii; & respectu horum lex habet prohibere. Quidam vero ex genere suo sunt actus indifferentes; & respectu horum lex habet permittere: & possunt etiam indifferentes dici omnes illi actus qui sunt vel parum boni, vel parum mali.

III. Primam & essentialiam aut bonitatem, aut malitiam actiones humane ab obiecto suscipiunt, ut dictum est. Praeter hanc primam moralitatem, qua naturam actionis moralis constituit, reperiuntur aliae bonitates, aut malitiae accidentales, quae a circumstantiis suam accellunt speciem, quae est praeter essentialiam actionis ab obiecto derivatam. Quae circumstantiae augent eiusdem actionis malitiam, aut bonitatem. Huiusmodi circumstantiae numerantur a S. Thoma quae. vii. art. 3.

Quis; quid, ubi, quibus auxiliis, cur, quomodo, quando.

Quis persone conditionem, sui gradum designat. Quid actionis accidentia, seu modum determinat. Ubi loci circumstantiam prodit, puta furtum in loco sacro perpetratum. Quibus auxiliis, nempe quibus instrumentis usus peccator est in executione delicti. Cur actio in finem significat. Quomodo qualitate prodit actionis. Quando temporis quantitatem, aut horam exprimit.

IV. Officia humana, etiam interna, aliquam bonitatem, vel malitiam ab his suscipiunt circumstantiis, ut indicavi. Quoniam inquit S. Thomas 1. 2. quae. xviii. art. 3. In rebus naturalibus non inveniunt tota plenitudine perfectionis, quae debetur eis ex forma substantiali, quae dat speciem; sed multum superadduntur ex superveniendis accidentibus, sicut in homine ex figura, ex colore, & sic de aliis;

quorum si aliquid desit ad decentem habitudinem, consequitur malum. Ita etiam est in actione. Nam plenitudo bonitatis eius non tota consistit in sua specie: sed aliquid additur ex his quae adveniunt tanquam accidentia quaedam: & huiusmodi sunt circumstantiae debilitate. Unde si aliquid desit, quod requiratur ad debitas circumstantias, erit actio mala.

V. Ut actio aliqua bona, vel mala sit vi circumstantiae, hinc aut adesse actum debet; aut ab eodem abesse. Quare carentia circumstantiae quae nullo modo actioni debetur, nihil bonitatis actioni detrahit; addit tamen aliquam bonitatem, si ex consilio opportune addatur. Opportune, inquam, quatenus magis ad finem conducunt. Quare, si nihil contrahunt ad finem, nil bonitatis addunt. Quod quis hora matutina, aut meridiana impertiat elemosynam, nihil bonitatis addit; nec homicidium committam feria tertia plus malitiae habet quam si committatur feria quarta: quoniam inepte prolas habet circumstantiae ad finem se habent. Interdum circumstantiae, non tamen semper, naturam induunt obiecti; ut quando per se, & primario illas operans vult, & intendit tanquam finem.

VI. Saepe actio humana, praeter bonitatem acceptam ab obiecto, aliam induit ex fine operantis; puta, si quis ieiunet, ut ad meditationem, & ad opera divina promptius peragenda se praeparat; ieiunium illud habet suam bonitatem ex obiecto, & simul aliam ex fine in quem dirigitur ab operante. Si actus exterior per se ordinatur ad finem; tum finis est qui determinat bonitatem quae est ex obiecto. Si finis disparatus sit, & ex solo operantis arbitrio ordinetur obiectum ad talem finem; tum actus moralis duplicem habet vel bonitatem, vel malitiam, inquit S. Thomas 1. 2. quae. xviii. art. 7. Obiectum exterioris actus dupliciter potest se habere ad finem voluntatis. Uno modo, sicut per se ordinatum ad ipsam; sicut bene pigra per se ordinatur ad victoriam. Alio modo per accidens; sicut accipere rem alienam per accidens ordinatur ad dandum elemosynam. Oportet autem... quod differentiae evidentes aliquod genus, & constituentes speciem illius generis, per se dividant illud. Si autem per accidens, non recte procedit divisio. Si igitur, quando obiectum non est per se ordinatum ad finem, differentia specifica, quae est ex obiecto, non est per se determinativa eius quae est ex fine, nec e converso. Unde uno istarum specierum non est sub alia; sed tunc actus moralis est sub duabus speciebus, quasi disparatis. Unde

Unde dicimus, quod ille qui furatur, ut mox dicitur, committit duas malitias in uno actu. Ut vero obiectum per se ordinetur ad finem, una dicitur differentiarum est per se determinativa alterius: unde una istarum specierum contrinebitur sub altera. Si plura vero, consule ipsum S. Thomam, qui in argumentorum solutione, quaecumque opponi possunt, dispellit.

VII. Idem actus voluntatis successive potest esse bonus, & malus; ut, dum quis incipit comedere carnes ante mediam noctem, & conciliatur concupiscentia post illud tempus, quando urgetur incipit praecipuum veteratum ciborum usum. Idem vero actus eodem tempore nequit esse malus ex obiecto, & bonus e fine: si quis enim furetur, ut det elemosynam, furtum illud semper malum est, nec honestari a fine bono potest. Malitia namque, quae est ex obiecto, utpote essentialis, ineptum actum reddit ad suscipiendam bonitatem ex fine.

CAPUT X.

Qua fieri ratione potest ut saepe sint bona mixta malis, & mala mixta bonis?

I. Impeditur quaestio, quam in utramque quoque disputant partem Theologi etiam nostrates, discipiendam agredimur. Si id promovere quod lenitio, licet, usqueque pars minus perspicue difficultatem dirimit. Quae penes omnes certa sunt, delibanda. Idem extertus officium elemosynae, a duobus principis proficiscens, bonitatem, & malitiam induere potest; quia tum duplicis actionis obiectum est. Bona intentione imperatur a domino: illam perverfa exequitur servus. Sancta fuit Christi passio, ut volita a Christo; sacrilega, ut a Iudaeis peracta.

II. Idem similiter actus physicus, qui duo obiecta disparata respicit, bonitatem ex uno, malitiam ex altero suscipere valet; ut, dum quis dat elemosynam Petro propter Desiderium, & Paulo propter inanem gloriam; licet enim idem actus physicus sit, moraliter tamen duplex est, & quid successiones habet.

III. Huc difficultas recidit, utrum idem physicus actus, ex obiecto bonus, sed ob finem pravum volutus, retineat bonitatem ex obiecto, & pravitatem ex fine. Henricus a S. Ignatio Lib. III. cap. xli. docet, innum cumdemque physice actum internum respectu eundem obiecti, diversis intentionibus imperatum, quarum una bona, altera mala sit, quaeque disparatae, & concomitanter se habeat

ad priorem, bonum simul, & malum esse; quam sententiam doceri a P. Contentonio cum alius, asserit; sed aperte fallitur. Sententia, ut ab Henrico explicata, vix revocari in dicrimen valet.

IV. Sententia P. Contentonii Lib. VI. differ. 11. cap. 11. spec. 2. hac est. Quando actus ex obiecto bonus propter finem pravum elicitur, tum opus bonum vel eligatur praecise per modum prius modum, conducentis ad finem, vel per modum finis intermedii, ita ut voluntas non solum alliciatur a fine, sed etiam ab obiecti bonitate moveatur, quamvis illi obiecti amor superadditur finis malitiae. Tunc inquit P. Contentonius, bonus erit actus ex obiecto, malum ob finem. Quoniam, inquit, actus quo voluntas per se, & propter se amat levamen pauperis, quamvis feratur in finem malum, aliquam tamen ex illo obiecto haurit bonitatem; si obiectum illud prosequatur tanquam finem intermedium, & non tanquam parum medium.

V. Haec P. Contentonius (cuius ingenium, eloquentiam, & eruditionem si quis non magnificaret, in meridie caeciret) sententia fallit esse. Factum, ut ita dicam, verum est; sed male explicatur, & falso principio propagatur. Nam omnes fatemur, sepe, quin frequentissime occurrere ut bona sint mixta malis, & mala mixta bonis. Sed tum plures contingunt actus. Allicitur quis ex pauperis miseria ad erogandum elemosynam; & cum eam, praesente spectatorum corona, distribuit, complaceat sibi: inanis gloria nubecula sese immiscet, amor proprius inflatur; superbia bonis operibus inordinatur. Sed tum actus bonus elemosynae obiectum evadit illius vanae gloriae, inanis complacentiae; atque adeo dum, vel plures actus sunt.

VI. Dico itaque, actum ex obiecto bonum, reatum in finem pravum, totum esse malum. Ita docet S. Thomas 1. 2. quae. xix. art. 7. ad 2. Voluntas non potest dici bonus, si sit inventio mala causa volendi. Qui enim vult dare elemosynam propter inanam gloriam consequendam, vult id quod de se est bonum sub ratione mali. Et ideo, prout est volitum ab ipso, est malum. Unde voluntas eius est mala. Ratio evidens est. Obiectum non data actui speciem, nisi circumstantiis velittum; seu, ea ratione voluntas illud spectat, & attingit. Porro elemosyna propter inanem gloriam data, recte rationis dictamina repugnat. Ergo obiectum malum est. Malus ergo actus. Ut enim officium bonum sit, dirigat prudentia regula debet. Quis porro dixerit, ieiunium, elemosynam, divini verbi promulgatio-

tionem, & cetera id genus officia, propter inanam gloriam perfecta, prudentie christianae discretamine dirigi?

VII. Distinguo P. Contentionis, qua contendit obiectum bonum eligi vel tanquam medium, vel tanquam finem intermedium, & ordinari ad finem malum posse, inanis & committit eam. Nam tum finis intermedium suam bonitatem retinet, quando in finem ultimum contentantem, & eidem non repugnantem ordinatur; secus quando finis ultimi malitia cum finis intermedii honestate pugnat. Pugnant autem simul inanis gloriae pravitatem cum elemosinae honestate. Porro quia ratione intermolere quis valet elemosinam eligi non ut medium, sed ut finem intermedium? Reipia haec elemosina dirigitur ad inanam gloriam. Ergo inanis gloria illa est quae dirigit, movetque operantem. Nam aut inanis gloria movet divitem ad erogandam elemosinam, aut secus. Si primum, inanis gloria est finis ultimus, a quo actus speciem capit. Levamen pauperis nequit natura sua, tanquam finis intermedium, subitici inanis gloriae; cum haec duo pugnent simul. Et, dum reipia homo hanc elemosinam dirigit in finem malum, rem perveriam agit, rerumque ordinem perturbat, dum bonum propter malum operatur, quemadmodum dum malum eligit propter bonum.

VIII. Opposit P. Contentionis hoc S. Thomae testimonium ex l. 2. quest. xviii. art. 4. ad 3. *Nihil prohibet, actioni habenti unum praedictarum bonitatum deesse aliam: & secundum hoc contingit actionem quae est bona secundum speciem suam, vel secundum circumstantias, ordinari ad finem malum, vel e converso. Non tamen est actio bona simpliciter, nisi omnes bonitates concurrant.* Hactenus Contentionis. Sed alteram periodum addit Doctor sanctus, quae rem totam dirimit. *Quia quilibet singularis defectus causat malum; bonum autem casatur ex integra causa.* Quodnam malum causat finis malus? Nam ipse suapte natura malus est. Aliud vero malum causat, inquit Angelus. Quodnam? Ipsam bonitatem ex obiectu inquinat, inficit. Quare, licet absolute, & precise accepta elemosina bona sit; relata tamen in finem parvum, mala evadit. Idcirco dicit S. Thomas, non esse simpliciter, id est vere bonam, sed malam. Vitiligiosae, & sordiditae est cavillariae vocem simpliciter, quasi haec prodit, actionem parvum bonam esse, parvum malam, cum ex aliis luculentissimis testimoniis compertum sit, S. Thomam docere, actionem bonam, directam in finem pravum, totam ma-

lam esse: quia malum ex quocumque defectu, bonum ex integra causa.

IX. Alterum testimonium, quod ex art. 7. eiusdem quaestiois obicit Contentionem extraneum profusum est, & truncatum, praedictum non esse per se ordinatum ad finem, differentia specifica, quae est ex obiecto, non est per se determinativa eius quae est ex fine, nec e converso. Unde una istarum specierum non est sub alia; sed tunc actus moralis est sub alterius speciebus quasi disparatis. Hactenus P. Contentionis. Pergit vero Angelicus: *Unde dicitur, quod ille qui fixatur ut mochaetur, committit duas malitias in uno actu. Duae malitiae species in eodem physico actu reperiri posse, nempe utrumque est inficitur. Illud vertitur in dicitur, possit ne simul bonus, & malus esse; quod negat S. Thomas: quoniam bonum est ex integra causa. Magis aliquid a vero quod ex eodem S. Thomae repetit: *Alia modo per accidens, sicut accipere rem alienam per accidens ordinatur adendam elemosinam.* Quid heine? Bonum ne solum evadit, factum elemosinae erogandae causa? Nec ipse Contentionis id asserere audeat. Ergo perperam testimonium istud obtruditur.*

X. Vera sunt quae a posteriori congerit P. Contentionis, sed male explicata. Frequenter etiam in viris sanctis evenit ut illorum bona opera septa veluti sint inanis gloriae, sicut videri complacentiae subiectis. Invidias Superbiae famus rima sibi aperit, et labras, per quas penetrat, & invadere vel ipsa lacratiora opera quaerit. Et quantumvis tota mentis indagine sanctae intentionis iantum custodire, excubiisque agere litigamus, nihilominus adeo verpelles sunt hostes nostrorum domesticis, tum extranei, tum quamlibet vigilantiam nostram deludant, insistant non raro vel oculatorem attentionem. Hinc Sanctorum timor, & tremor; hinc humilitas, & pavor. Verum haec boni, malique mixtura non contingit, ut PP. Contentionis, Henricus a S. Ignatio, & alii contendunt, videlicet quatenus viri Dei ad vanam gloriam referant officia sua, seu ut eodem actu velint opera sua bona ob vanam gloriam. Absit a Dei viris tam aperta facinus. Sed evenit, quatenus iuxta virentem fructum optimorum plantarum serpit sensim sine sensu serpens malignus, qui suo venosico habitu editos iam fructus optimos menti repraesentat vel magno bonitatis splendore, ut tante laeque aspectu intrinsecat animus, insidiat, & resolu-

Actio-

actiones istae male comitantes, & circumstantes actiones bonas, easdem non inficiunt; sed animo operantis inquinant. Verum itaque habet priores operationes non amittere bonitatem suam, nisi dum referuntur in finem pravum. Non est ergo quod P. Contentionis improperet Salmanticensibus, Ioanni a S. Thoma, ceterisque Theologis nimiam doctrinam levitatem, propterea quod doctorem, suam suaveram bonitatem, quandoquidem doctrina vera, certa est. Quod praxim autem spectat, negotium accidit, ut nos explicuimus, videlicet sepe bona permixta malis esse, & contrario. Verum haec mixtura non uno, sed pluribus actibus peragitur. Quae doctrina ipsa experientia constat, & intimo sensu quicunque eam apprehendit. Quis hominum bene moratorum opera sua in vanam gloriam referre studeat? Quis laudem Deigloriam intentionem non dirigit? At, dum haec praestat, sentit inimicum, domesticumque hostem insidiosum illabentem, & irruentem: & non raro vaserimus hostis, veluti sibilus aura tenuis, insiat cor, titillat animum, ut de operibus bonis loquatur. Igitur utraque sententia docet, sepe bonis istorum operibus superbiam insidiat, animumque ob bona patrata facinorosa sibi paululum blandiri. At vera tentatione negat, unico partu bonum, & malum producti, bonumque esse officium, mali finis gratia peractum; sed, dum bona permittuntur malis, & mala bonis, a divertis principibus haec duo diversa genera proficiuntur. Nec enim arbor bona malos, aut arbor mala bonos edere fructus valet.

XI. Opponunt testimonium divinae Scripturae Reg. x. ubi de Iehu dicitur. *Quia studiose egisti, quod rectum erat, & placebat in oculis meis, & omnia quae erant in corde meo fecisti contra domum Achab, sicut tu iurasti quod quatuor generationem sedebant super thronum Israel.* Deinde subditur: *Porro Iehu non effudit ut ambularet in lege Domini Dei Israel in toto corde suo: non enim recessit a peccatis Ieroboam, qui peccare fecerat Israel.* Quomodo expediens S. Augustinus Lib. contr. mendac. cap. 11. inquit: *Cum vero scriptum sit, eum rectum cor non habuisse cum Deo, quia se profuit quod pro nominali obedientia, quam de domo Achab omnino delenda pro cupiditate suae dominationis exhibuit, aliquantulum mercedem transitoriam regni temporalis accepit.*

XII. Argumentum istud, quod magni faciunt adversarii, vanum commentum est, quod pluribus in locis sibi opponit, & resolu-

vit S. Thomas, potissimum 2. 2. quest. ex. art. 3. ad 2. & in hac 1. 2. quest. cxvii. art. 10. ad 2. Distinguedum est in opere officium, & finis, seu praecipuum exequendi operis a praecipuo dirigendi operis in finem verum, & honestum. Primum impleri absque secundo potest. Praecipuum extermiandae domus Achab implevit Iehu. Hoc officium regni temporalis infima mercede remuneravit Deus; secus peccatum, quo in finem malum vis illud ordinavit. Voluit Iehu implere divinum praecipuum: & actus iste quo voluit divini praecipui observantiam, ex officio bonus erat; & temporalis mercede dignus. Verum actus quo voluit opus bonum ob finem pravum, totus malus fuit, & contrario. Inquit S. Thomas 1. 2. quest. cx. art. 10. ad 2. *etiam obstricter, licet habuerint bonam voluntatem quantum ad liberationem peccatorum, non tamen ipsi eorum recta voluntas quantum ad hoc quod mendaciam confinxerunt. Nonne & ipse Iehu mendacium pronuntiavit, cum dixit: Achab coluit Baalpanem; ego autem colam eum amplius?* Si verum adversariorum commentum foret, dicendum, quod Iehu ex mendacio, prolato ob finem bonum, premium fuerit affectus: quemadmodum illud obtinuit ob opus bonum directum in finem pravum. Quod tamen nec ipsi admittunt. Egregie S. Gregorius Lib. xviii. moral. cap. 111. inquit: *In qua magis recompensatione cognoscitur quod mendacis culpa mereatur. Nam benignitatis eorum merces, quae eis in aeterna potuit vita veritatis, pro admixta culpa mendacii in terrenam esse recompensationem declinat, ut in vita sua, quam mentiendo turpi voluerunt, ea quae fecerunt bona recipere, & ulterius quod expectarent, mercedis sui premium non haberent. Nam si subtiliter perpendatur, amove vite praesentis mentis sunt, non intentione mercedis. Tacendo quippe constanti sunt infanitia eorum regere, mentiendo suam. Perperam plura distinguunt obtrudunt facta, in quibus actum illum, qui vel opus bonum in finem ordinatum fuit, premium donatum fuisse. Cetera quae opponere adversarii solent, difficultate non indigent: seipsum enim corruunt: idcirco illa praetereo.*

C A.

CAPUT XI.

Actioes humane, tametsi ex obiecto indifferentes, ipsa tamen, seu in individuo, aut bona semper sunt, aut male. Plurimum recentiorum commenta reselluntur.

I. PUNCTUM quod enucleandum suscipimus, quoniam morum formationem spectat, summi momenti est. Agitur quippe in eo de fine in quem operationes nostrae a deliberata produentes voluntate dirigi debent. Ut percipere decisioni via pareatur, quaedam in antecessum praemittamus fas est.

II. Et primum dantur actus humani ex obiecto, atque adeo ex sua specie indifferentes, qui nec boni in ordine morali sunt, nec mali. Ita docet S. Thomas 1. 2. quæst. xvi. 1. art. 9. *Contingit quandoque aliquem actum esse indifferentem secundum suam speciem, qui tamen est bonus, vel malus in individuo consideratus.* Et in responsione ad 1. *Aliquem actum esse indifferentem secundum suam speciem, potest esse multipliciter. Uno modo sic, quod ex sua specie debetur ei quod sit indifferens: & sic procedit ratio. Sed tamen isto modo nullus actus ex sua specie est indifferens. Non enim est aliquod obiectum humani actus quod non possit ordinari vel ad malum, vel ad bonum per finem, vel circumstantiam. Alio modo potest dici indifferens ex sua specie, quia non habet ex sua specie quod sit bonus, vel malus; sicut homo non habet ex sua specie quod sit albus, vel niger: nec tamen habet ex sua specie quod non sit albus, aut niger: potest autem albus, vel niger dependere homini ad aliud quædam a principis speciei. Doctrina hæc valde communis est, quæquid aliud in oppositum disputent. Idcirco satis fit eam indicalem. His præmissis, sequentem statuo thesım.*

III. Omnis actus humanus moralis in individuo aut bonus, aut malus est, nullus indifferens. Plura sunt divinarum Scripturarum testimonia, quibus evidenter declaratur conclusio nostra, & inculcatur. Sive ergo (inquit S. Paulus I. Cor. x.) *manducatis, sive bibitis, sive aliquid facitis, omnia in gloriam Dei facite.* Quis dixerit, hic non iubere Deum ut omnia operentur in eum dirigamus finem qui in eisdem cedere gloriam valet? Sed audiamus ipsum Redemptorem nostrum, qui voce Evangelicae Matthæi cap. xii. inquit: *Qui non est mecum, contra me est; & qui non congregat mecum, spargit.* Neutraliter hic habere le hominequit. In alteram tamen declarare partem debet. Subdit vero idem

Salvator divinus: *Aut facite arborem bonam, & fructum eius bonum; aut facite arborem malam, & fructum eius malum.* Nulla arbor indifferens: aut bona, aut mala est. Tandem concludit: *Dico autem vobis, quoniam omne verbum otiosum quod locuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die iudicii.*

IV. Cl. P. Eusebius Amort, de Republica litteraria optime meritis, in sua *Disquis. dogmat.* de actu morali indifferenti in individuo, narrat, in Bavaria numerum *Nestoriorum*, qui defendunt actus morales indifferentes per le in individuo, ab anno 1708. increvisse. Deinde relinquit que Theologi in celebri universitate Germanica discipulis ab an. 1732. & ab an. 1736. dictarunt in defensionem opinionis propugnantis actus indifferentes in individuo. Inter alia quæ extremam laxitatem producit, hoc interpretamentum obtrudunt, quo elidere evangelicæ cum oraculo de ratione reddenda cuiusque verbi otiosi contendunt *Nestorici* Professores. De vero otioso reddenda utique ratio Deo est. Quid heinc? Anne etiam de opere otioso 2. Minime. Quod si hæc responso tibi non aridet, dicas, definitionem verbi otiosi non esse bonam. Verbum otiosum est quod non ordinatur in finem honestum. Tu nega hoc antecedens. Sed rescribamus verba ipsa, quibus Theologi universitatis Germanicæ suam sententiam exprimunt. Illa resert P. Amort loc. cit. pag. 4. edit. Venet. R. 1. non desse epinodum aliquos qui negant consequentiam; nec admittunt paritatem a verbis ad opera, eo quod verbi sit *libi* pronus, & peccare facilius quam operibus; adeoque licet non detur actus indifferere verbalis, tamen posse dari actum indifferenter rationem. In individuo ne aliqua consistentem. Interim tamen, cum huic responso non videatur adeo firmum subesse firmamentum, (latentur Theologi alii præfate universitatis Germanicæ habere doctrinam que docet de verbis otiosis, non de operibus otiosis reddendam esse rationem in divino formandoque tribunali, non nisi adeo firmo firmamento) idcirco præbent ipsi hoc aliud 2. responsum.

Resp. 2. cum pluribus aliis negando antecedens (nempe verbum otiosum est quod non dirigitur in finem honestum.) *Hæc enim definitio. Illud est verbum otiosum quod non est ordinatum ad finem positive honestum: est probabilis falsa ex duplici capite. Primo quia potest dari verbum otiosum, hæc fides sit honestus illud proferendi. Ergo illa definitio non convenit omni. Antecedens probatur ex communi sensu: qui indicat eum loqui otiose qui in eodem*

dem sermone, vel concione, quam bono fine instruit, sapius & pluries idem repetit; & sic verba inutiliter multiplicat, ut supra tempore ex naturali quadam superfusiva loquacitate excurat. Secundo quia illa definitio non convenit soli. Posito enim quod aliquis in tempore, vel loco, in quo loquitur aliunde non est prohibitus, dicat alteri, Hodie est tempestas, pluvia, non intendendo his verbis finem positive honestum, non censetur loqui verbum otiosum.

V. Plura que ex præfatis Theologis Germanicis resert P. Eusebius Amort, sileo, ne lector exandefat. En quam verum fit pruriginem, emolliendi sanctum evangelicæ legis rigorem, eo in dies progredi, ut vel ipsa luculentissima Christi Domini oracula in nihilum redigantur ineptissimis distinctivoculis, & commentis. Quid mirum, si Lutherani, dum legunt a catholicis Theologis talia doceri, in cachinnos erumpant? Otio ipse abuterer, si in eisdem nanis resellendis immorarer. Pergam ergo confirmare auctoritate SS. Patrum sententiam nostram.

VI. Sanctus Augustinus Lib. II. de peccat. merit. cap. xviii. *Quamquam voluntas mirum si potest in medio quadam ita consistere, ut nec bona, nec mala sit. Aut enim iustitiam diligimus, & bona est: & si magis diligimus, magis bona; si minus, minus bona est; aut, si omnino non diligimus, non bona est. Evidentius hæc doctrinam declarat epist. xix. ad Hieronymum his verbis. Sed cavendum est, videlicet: in hac disputatione, ne sicut Philosophi quædam facta hominum media dicamus inter recte factum & peccatum, que neque in recte factis, neque in peccatis numerentur; & urgeamus, eo quod observare legis cæveniositas non potest esse indifferens, sed aut bonum, aut malum: ut, si bonum dixerimus, easque quoque observare cogemus; si autem malum, non vere, sed simulate ab Apostolis observatas esse credamus. Ego vero Apostolis non tam exemplum Philosophorum timeo, quando & illi in sua disputatione veri aliquid dicunt, quam forensium Advocatorum, quando in alienarum causarum actionem mentiantur. Quid desiderari luculentius potest? S. Gregorius Magnus Lib. xxvi. Moral. explicans testimonia Scripturarum, que indicavi cap. xiii. inquit: *Non enim ante oculos Dei vacua transvolant cogitationes nostræ, & nulla momenta temporis per animum transeunt sine statu retributionis.* Plures adicere alios Patres possem, quos missos facio. Adeo quippe compertum est Patres omnes hæc propugnare doctrinam, ut P. Gabriel Valquez candidè fateatur, il. *Conc. Theol.* Tom. VI.*

lam esse S. Angulini, Prosperi, Fulgentii, S. Thomæ, aliorumque Patrum: a qua tamen recedere, religioni minime ille sibi verit; idque non raro præstat.

VII. Restionum momenta, quibus S. Thomas hæc nostram firmat sententiam, inconcussa sunt. Omnis actus humanus idcirco humanus nuncupatur, ut supra probatum est, quia a recta proficitur, & regitur ratione. Rationis autem est ordinare omnem actionem que sub eius lumine elicitur, in aliquem finem. Neque enim fieri potest ut aliqua actio sit ratione moderata, & non fit in aliquem finem directæ. Quoniam notio, & natura rationis est distinguere hominem a brutis, quatenus homines vi illius rationis agunt propter finem. Hinc est quod actiones, etiam si ab ipsa humana voluntate eliciantur, humanæ non sunt, nisi rationis lumine dirigantur: atque hominis, non humanæ appelluntur. Porro aut bonus, aut malus est finis in quem actio dirigitur. Si bonus finis, bona quoque actio; si malus est finis, mala tandem actio fit necessarium est. Hinc rationem his verbis proponit S. Thomas 1. 2. quæst. xviii. art. 9. *Actus moralis non solum habet bonitatem ex obiecto, a quo habet speciem; sed etiam ex circumstantiis, que sunt quedam accidentia: sicut aliquid convenit individuo hominis secundum accidentia individualia, quod non convenit homini secundum rationem speciei. Et oportet quod quilibet individualis actus habeat aliquam circumstantiam, per quam tractatur ad bonum, vel malum, ad minus ex parte intentionis finis. Cum enim rationis fit ordinare, actus a ratione deliberativa procedens, si non fit ad debitum finem ordinatus, ex hoc ipso repugnat rationi, & habet rationem mali; si vero ordinatur ad debitum finem, convenit cum ordine rationis: unde habet rationem boni.* Necessè est autem quod vel ordinatur, vel non ordinatur ad debitum finem. Unde necesse est omnem actum hominis a deliberativa ratione procedentem, in individuo consideratum, bonum esse, vel malum. Si autem non procedit a ratione deliberativa, sed ex quadam imaginatione (sicut cum aliquis fricat barbam, vel movet manum, aut pedem) talis actus non est proprie loquendo moralis, vel humanus, cum hoc habeat actus a ratione: & si erit indifferens, quasi extra genus actuum moralium existens.

VIII. Mollioris Ethicæ propagatores negant hoc luculentissimum S. Thomæ principium, videlicet debitum ordinandi omnes actiones humanas in finem honestum. Satell. inquit, hominem agere ob naturæ commoditatem, voluptatemque. An licitum non com-

crit, appetitus humanos suis frui actionibus; aures cantus melodia, oculos florum, aliorumque colorum varietate, odoratum odorum suorum suavitate, tactum carnis tenitudine oblectari, palatum comedere & bibere ob voluptatem, nisi oblit valetudini?

IX. Hanc carnalem doctrinam discredovit Ecclesia sub Ven. Innocentio XI. in his duabus proscriptis propositionibus: quarum prima, in ordine octava, est. *Comedere, & bibere usque ad saturationem ob voluptatem non est peccatum, modo non oblit valetudini: quia licite potest appetitus naturalis suis actibus frui.* Altera, in ordine nona, est. *Opus coniugii, ob solam voluptatem exercitum, penitus caret culpa, ac defectu venialitatis.* Has propositiones docuerunt, teste P. Dominico Viva in Commentariis, Ioannes Sanchez, Escobarus, Diana, Martinus Perez, & alii. Quia (inquit P. Viva) iuxta probabilissimam sententiam Scoti, Vasquez, & aliorum, dari potest actus moralis indifferens in individuo: puta si quis accedat ad ignem, ut calefiat: vel si quis deambulet per pomarium, ita ut adverteat huiusmodi actiones nec prohiberi, nec prosciipi, sed permitti. Hanc probabilissimam doctrinam, cui nititur propositio damnata, haud refellit P. Viva. Afferit utique n. ro. *Ad rationem fundatam in possibilitate actus moralis indifferents in individuo satisfecisse abunde.* Verum nec tenuit, nedum abunde, opinionem hanc confutavit, ut mihi videtur, & legenti collabit. Quin num. 13. scribit: *Sequitur primo, ex condemnatione huius propositionum nullatenus concuti opinionem de possibilitate actus moralis indifferents in individuo.* Ecce conculsa non est opinio isthæc? Quod em docuerit Vasquez, Escobarus, Diana, Tamburinus? Illius opinionis doctrinæ nixa potissimum est proscripta thesis: & non est conculsa. Verum ultra pergit P. Viva, & ut mea praeter opinio, partim conatate, partim approbate damnata propositionem videtur. Scribit enim num. 10. *Neque dicat, quod, si quis postsumus circa culpam calum, aut vernantem campum prospectare, musicam audire, rosam olfactare ob voluptatem naturæ consonam, quia ex natura ipsa operis huiusmodi delectatio ad finem debitum, nempe ad vitam conservationem, ordinatur; ita pariter potest homo circa ullam etiam venialem culpam uti coniugio directe ob delectationem, quia pariter ex natura operis ad finem debitum ordinatur &c.*

Nam, ut diximus, lata est disparitas inter voluptatem ortam ex aspectu campi

vernantis, & voluptatem ortam ex actu coniugali: illa enim est voluptas moderata, quæ animum ad caelestia trahit potius quam retrahat; & idcirco natura ad hoc ipsum præstandum eam inhiat, unde illam intendens ordinat ad finem intentionem a natura; contra vero voluptas venientem a stupore immodica, animum minus aptum reddit ad finem hunc &c.

X. Hæc distinctio mihi non aridet. Nam P. Viva docere videtur, idcirco esse proscriptam proposit. IX. quod opus coniugii exercitum ob voluptatem veneream immodicam. Sed propositio proscripta voluptatem absolutam non immodicam. Nonne in proposit. VIII. damnatur quæcumque comestura ob solam voluptatem? Id non exprimit in damnata thesi contendit P. Viva, iniquis num. 6. *Quamvis in thesi id non exprimitur, iuxta tamen, subdit, communem DD. sententiam neque moderate comedere ob solam voluptatem licet.* Sed fallitur P. Viva id non exprimit in damnata thesi, illam comesturam defendente qua non oblit valetudini. Ex duplici capite propositio hæc damnabilis est: vel ob solam immoderationem, seu intemperantiam; vel ob solam voluptatem. Catholicorum nemo defendit immoderationem, & intemperantem cibum non esse peccatum. Damnata ergo propositio est, quod doceatur in ea, cibum potumque, perceptum ob solam voluptatem, esse licitum. Doctrina P. Viva exspectare videtur, ut universum illicitum sit frui actibus appetitus naturalis: inquit enim num. 7. *Et sane, si liceret universum frui actibus appetitus naturalis, liceret etiam ebrietatis.* Ceterum, quando voluptas actus naturæ sua moderata est, ut est illa olfactus, vius, auditus, tunc licita est, quia ipsius actus natura ordinatur ad finem debitum. Sed hoc idem dicebant Auctores damnatae thesisi, ut constat ex his quæ ipse P. Viva sibi opponit num. 9. Responditque illum qui intendit opus coniugii ob solam voluptatem, *exponere se probabili periculo prolabendi in varias culpas excedendo modum debitum. Secus vero (N.B.) qui moderatam intendit voluptatem, olfactu rosam, aut audiendo gratum concertum.* Hæc eadem repetit num. 13. *Quarto posse hominem licite prospectare campum, olfactare rosam, audire musicam ob delectationem illam, conservationem vitæ consonam; etiam si solam virtualiter, & ex natura operis ea delectatio ad hunc finem ordinatur.* Quam ambigue, ut mississimè dicam, interpretetur has duas propositiones damnatas P. Viva, ceteri iudicent. Huc recidit illius doctrina, si omnia iuncta conferantur.

rantur. Cibus, potus sunt illicita, quia ob magnam voluptatem ex natura operis eiusmodi actus non ordinatur in finem debitum; immo exponunt periculo prolabendi in varias culpas. Contra, audire musicam, prospectare campum, olfactare rosam ob solam voluptatem non sunt mala. Ecce? quod homo advertit esse voluptatem moderatam, & ordinatam ex fine operis ad debitum finem. Sed etiam manducans advertit esse moderatam cibum voluptatem; & maritus advertit moderatam esse voluptatem ex opere coniugii perceptam; & ex parte operis in debitum finem ordinatam. Ergo utrobique eadem ratio, ut contendunt Auctores damnatae thesisi. Nec ulla apparet ratio cur voluptas sensuum auditus, visus, odoratus virtualiter ex natura operis tendat in finem; seculs voluptas palati, & operis coniugalis. Quoniam etiam voluptas percepta ex moderato cibo magis quam musica auditus, quam olfactus rose, virtualiter & ex natura operis tendit in finem consonum conservationi naturæ. Licet enim ergo erit comedere, & bibere moderate ob solam voluptatem, quia hæc voluptas moderata virtualiter tendit in finem naturæ convenientem.

XI. Opponent aliqui. Cur tam seversus inquiris, & critice exeres in commentariis P. Viva? Sincere respondeo: quia, ut mihi videtur, & communiter visum est viris doctis, partium studio non preventis, P. Viva frequenter variis distinctiunculis extenuat, & ad nihilum fere reducit multas propositiones damnatas. Idcirco, data occasione, admonere lectores meo interesse existimavi, ut opera P. Viva, sicut plarium cuiusque ordinis Casuistarum, caute legantur. Quod attinet ad actus, tenentis a P. Viva, ob solam voluptatem exercitos, sive moderati, sive immoderati sint, eo modo prohibentur ac comedere, bibere, exercere opus coniugii ob solam voluptatem. Ceterum, dum homo deliberate agit, facile dirigere eiusmodi actus in finem honestum valet, ut honestam musicam ad pellendam tristitiam, olfactum rose ad caput confortandum, aspectus campi ad animum exhilarandum. Eiusmodi directiones in homine bene morato faciles, in peccatore perarant.

XII. Sed recentitam opinionem de indifferentia actus in individuo hoc pacto iterum profligandam aggredior. Homo deliberate operans, ut homo operari debet, & ut a brutis distinguitur. Ergo operari alitringitur ob finem rationalis naturæ, qui est bonum honestum. Et hinc homo indeliberate operans

non peccat. At quoties ut homo ratione prædicatur agit, agere ut rationalis debet, atque adeo propter bonum rationis; sicut homo artifex non semper ut artifex, & secundum artis regulas operatur; at, dum agit ut artifex, iuxta artis regulas ordinare, & disponere opus suum debet. Ergo quoties homo deliberate ut homo agit, semper usque præcepto dirigendum actuum in finem honestum. Semper autem operatur ut homo, quoties deliberate agit.

XIII. Inconcluso argumento altero, ex ipso sacrosancto Evangelio deducto, confirmatur sententia nostra. Omnis actio otiosa mala moraliter est. Omnis autem actio in finem honestum non directa otiosa est. Ergo mala. Prima propositio est ipsius Christi IESU Matth. XII. *Omne verbum otiosum quod locuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die iudicii.* Quæ verba ita interpretatur P. Patres, quos inter S. Gregorius Lib. VII. Moral. cap. xxv. *Ociosum quippe verbum est quod aut ratione iuste necessitatis, aut intentione pie utilitatis caret.* Pluris opera, seu res ipse, quam verba facienda sunt. Quis ergo otiosum illud est quod aut honesta, intentionis rectitudine, aut iusta necessitatis ratione caret. Malum itaque, atque adeo puniendum in die iudicii. Numquid animadvertet Deus in verba otiosa, seculs in otiosa opera? Quod si (clamat Hieronymus) *de verbo otioso ratio redditur, quanto magis de operibus hominum?* Verba igitur, & opera illa dicuntur otiosa que in debitum rationis finem non diriguntur; quemadmodum res præquæ otiosa & inutilis appellatur que prolixitate fini non delervit. Nulla hic ad effugium rima patet. Alterutrum fatendum. Aut vertinet ad actus, tenentis a P. Viva, ob solam voluptatem exercitos, sive moderati, sive immoderati sint, ergo mala.

XIV. In omnes torquet partes argumentatio isthæc affermatore, & in varia, vanaque responsa conicit. Alii dicere, verba otiosa in iudicium discretiorum, seculo condemnationis adducenda. Quod responsum, tamquam absurdum stultumque, communiter rejicitur: quoniam, ut inquit S. Paulus II. Cor. v. *omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, ut referat unusquisque propria corporis, prout gessit, sive unquam, sive malum.* Nihil ad hoc formidandum tribunal deferret quod bonum, aut malum non sit. In iudicium, inquis, discretiorum adducenda otiosa verba sunt. Eilo. At, ut quid discernuntur, nisi vel ut bona, vel ut mala discernantur? Aliquid ne otiosum est in illo tribunali effugies?

XV. Reponunt alii cum Theologis Germanis, seu Bavaris, de quibus dictum est supra, opera indifferentia, utpote nec verita, nec precepta a lege, sed permilla, non esse in iudicium adducenda. Si responso illuc non est procedendum, si haud mirari debemus, cum veritas luculentissima nullam excipiat responsum solidam. Opera indifferentia utique lege peculiari nec vetantur, nec prohibentur. At lege a natura instita homo rationalis, quoties ut rationalis agit, astringitur ordinare opera sua in rationis finem, nempe in bonum honestum. Opera indifferentia, facta ab homine abique deliberatione, remanent in sua indifferentia abique poena, aut mercede; secus opera quae deliberatam rationem consequuntur.

XVI. Respondent alii, dicitur inter verba otiosa & opera indifferentia reperiri. Illa natura sua ordinantur ad mentis conceptus pandendos; secus opera indifferentia, quae non sunt propter aliquem finem, sed in se metipsis subsunt. Præterquamquod verba sunt proximi mentis partus; opera externa a mente remota sunt. Idcirco illa in finem, non item opera dirigi debent. Neque ista sunt, & geræ plerumque scilicet. Numquid verbum otiosum, nisi mendax sit, non manifestat mentis conceptus? Hac manifestatio mentalium conceptuum non extrahit verba a genere otii. Verba otiosa quae præveniunt rationem, indeliberata sunt; & licet manifeste mentales conceptus, nulla sunt poena digna, quod libertate careant. At verba quae deliberate proferruntur, otiosa dicuntur, quia carent intentionis rectitudine. Similiter opera vana, & otiosa sunt quae regula carent rationis, & honestatis: nec Deus rainorem in operibus quam in verbis rectitudinem exspectat. Futilis ergo est discrimen alium.

Verborum quoque natura est mentalium conceptuum manifestatio, sicuti operum indifferentia natura in respectu ad obiecta indifferentia sita est. Ceterum aequae opera ac verba otiosa punienda sunt, quae proprio honesto sine privantur ab agente. Quod verba propinqua menti accedant, propterea ne magis punienda quam facta? Quia attentius quam verba, dirigenda sunt exteriora opera, quoniam maioris momenti sunt.

XVII. Ultima responso ceteris futilior est, quae in damnata ab Ecclesia propositionem recidit. Negat hæc, opus otiosum esse quod in finem honestum ordinatum non sit. Ut opus otio careat, fat est ut aliquam naturam committat expectet. Hæc responso supra rescripta est ex Theologis Bavaris, seu Ger-

manis. Verum habet. Sed hæc natura committitur aut utilis est naturæ conservandæ, instaurandæ, & sanitati vel reparandæ, vel servandæ; aut spiritui exhilarandæ: & qui hæc sua opera dirigit, in finem honestum dirigit. Iam dictum est supra, hominis officia alia esse erga se, alia in Deum, & in proximum. Porro officia hominis erga se hæc potissimum spectant, ut corporis conservatiorem, perfectionem, sanitatem, & ea omnia quæ, ut bene se corpus, animusque habeant, necessaria & consona sunt, respiciant. Preclare S. Thomas hic cit. quæst. xviii. art. 9. ad 3. ineptum sophisma convellit. *Omnis finis a ratione deliberativa intentus pertinet ad bonum alicuius virtutis, vel ad malum alicuius vitii. Nam hoc ipsum quod aliquis agit ordinat ad sustentationem, vel quietem sui corporis, ad bonum virtutis ordinatur in eo qui corpus suum ordinat ad bonum virtutis.* Quid magis rationi consonum quam ea exercere officia quae sanitati corporis, animo temperate recreando utilis sunt, aut necessaria? Perperam ergo inter adaphora, seu indifferentia officia hæc collocantur: Si vero hæc officia exercere ob solam delectationem, voluptatemque, iam continuis mala sunt, ut ex propositionibus proscriptis ab Ecclesia vidimus.

XVIII. Obiicies 1. Nullum extat præceptum quo astringantur homines opera sua in finem honestum dirigere. Si esset præceptum istud, ad aliquod Decalogi mandatum reducendum esset. Porro in nullo Decalogi mandato continetur. Ergo committitur est. Resp. Negari haud potest præceptum quo verba otiosa prohibentur. Hoc præceptum in quodam decalogicum revocatur mandatum? Ad primum, respondent plures, quod iubentur omnia opera nostra in Deum dirigere vel proxime, vel, ut aiunt, mediate. Sed hæc est necesse ad aliquod mandatum Decalogi præceptum istud revocari. Dantur quippe quaedam Decalogi veluti præambula, cuiusmodi sunt præceptum diligendi nosmetipsos, & ordinandi opera nostra in finem honestum. Sunt enim hæc naturæ instita, quod homo seipsum diligit; quod, dum deliberate agit, agat ut homo, propter scilicet bonum rationis, seu honestum. Lumen illud, signatum super omnium nostram vultus, & dictamen illud generale synderesis adeo clare præscribit in omnibus operibus humanis, seu deliberatis distinguendum hominem esse a brutis, ut pædere adversarios debet quætere, ubinam sit præceptum istud: est enim naturale mandatum; ipsi naturæ institum, ab aequae individuali.

fam. Quod si quis oblitus insisteret, obijce illi verba S. Pauli: *Sive ergo manducatis, sive bibitis, sive aliud quid facitis, omnia in gloriam Dei facite.* Nihil hic excipit S. Paulus, sed omnia comprehendit.

XIX. Obiicies 2. Præceptum istud adfirmans est. Ergo non obligat pro quolibet officio. Resp. Adfirmans est, sed univiale, omnes comprehendens actiones; nequamque mandatum includit, quo vetatur nihil præter rationem agendum. Hoc enim interest inter præceptum peculiare pro actione determinata impostum, & præceptum generalem ipsum ingenitum. Illud pro semper non obligat, secus istud. Præcepta particularia ad singulares virtutes pertinent. Præceptum istud universale ad nullam virtutem particularem reducitur; sed est omnium virtutum fundamentum. Honestum, & vitium sunt duo prima genera: & sicuti honestas absolute accepta ad virtutem singularem non attinet; ita neque vitium in sua hac generica notione alicui particulari virtuti opponitur.

XX. Obiicies 3. Non datur præceptum semper agendi deliberate. Ergo neque ad id præceptum dirigenda operationis deliberate in finem honestum. Nullum præceptum violant homines, dum fricant barbam, dum movent pedem, manum &c. Ergo nullum infringit præceptum qui negligit officia deliberate in bonum honestum referre. Resp. Paritas vana est, atque adeo consequentia fallia. Præcepta homini sive imposta, sive instita a natura, impossibilia non iubent. Ratio autem humana a sensibus pendens sepe ab imaginatione præoccupatur. Quare fieri nequit ut homo semper advertat, dum agit. Idcirco non ad id præceptum quod urget hominem ut semper deliberate agat: ad id vero, ut, dum deliberate operatur, operetur in bonum, nempe propter finem honestum.

XXI. Obiicies 4. Dantur alia indifferentes secundum speciem. Ergo dantur alia indifferentes in individuo. Quoniam species quælibet continet sua individua; cum nulla species consistere abique individuo valeat. Indifferentia est vera moralitatis species: habet igitur sua individua oportet. Resp. Sophisma istud non minus quam cetera omnia, vana est. Si quid evinceret, concluderet, posse indifferentem secundum speciem non actum ab homine, etiam volente & connitate, in finem honestum dirigi; quod facultate non caret. Dantur actus indifferentes secundum speciem, non hoc in sensu, ut indifferentia sit forma specifica talium actuum,

sicut rationalitas est differentia specifica hominis; sed sunt ex meritis obiecti, neque veriti, neque precepti, ita indifferentes, ut suscipere vel malitiam, vel bonitatem queant; sicuti homo indifferens est ad abiectionem, vel nigredinem. Hæc itaque indifferentia ad bonum, & ad malum, neutrum excludit, sed suscipere alterutrum potest. Non delinuitur indifferenter species, dum actus indifferens ex obiecto evadit in individuo bonum, vel malum; sed indifferentia status determinatur ad alterutram partem; actus autem semper ex meritis obiecti remanet indifferens; quamquam ex circumstantia finis bonitatem, aut malitiam induat; sicut homo absolute est indifferens ad varios colores, quamquam recepta semper sit aliquo colore oratus.

XXII. Obiicies 5. Qui sequuntur opinionem P. Valquez, aut Scoti, eliciunt actus indifferentes, quæ nec boni, nec mali sunt. Numquid opinio, quam Scotica schola & P. Valquez cum tanta discipulorum multitudine docet, probabilitate destituta erit? Porro, si probabilis est, qui hæc probabilitate preventi officia ex obiecto indifferentia exeunt, in nullum finem eodem dirigant. Ergo indifferentia sunt. Propterea non bona, quia non relata in finem honestum; non mala, quia directa opinione probabilissima, quæ ipsis probabilior, nedum probabilis, apparet.

XXIII. Resp. Argumentum istud aliquod fortasse aliquibus negotium facessit, mihi nullum. Frequentior est in causistica Theologia argumentatio illa quæ a multitudine, probabilitate præsidium repetit. Verum, non a multitudine opinantium, sed a veritate, vel a salutate actio bona, aut mala evadit. Sententiam nostram Scripture divine, Patres omnes, iudice ipso P. Valquez, & invidua rationum momenta, Ecclesia ipsa in proscriptis propositionibus evidentem demonstrant. Quis ergo adversariorum multitudinem obtundis? Quid quod, si multitudine cum multitudine Theologorum confertur, plures pro nostra quam pro contraria stant? Esto. At non heinc consequitur, adversam sententiam non esse probabilem? Quid, si negarem eidem quæcumque prædicam probabilitatem? Probabilis opinio illa quam Patres, quam graviores Theologi improbant? Quam ipsam naturæ lumen resicit ut falsam? Quam vel ipsi ethnici Poetæ damnarunt?

*Vina sitina sedant, natis venis illa creandis
Sericis: finem horum transiisse nocet.*
Sed fac probabilem esse. Propterea ne actus
vni indifferentes? Minime gentium. Sed
mali

malii erant. Probabilitas contrariae sententiae efficere dumtaxat valet ne actuum malitia operantis imputeretur; minime vero auferit quin actus re ipsa otiosus, seu vacui sine debito, mali sint. Ceterum, utrum concedendum sit, reperiri ignorantiam invincibilem quae a culpa excuset operarios otiosos, & quantumque illi fur opinionis probabilitatem obtrudant, non facile asseritur. Urget semper oraculum Christi Domini, puniendi esse otiosa verba: ergo longe severius otiosa opera. Garrige, cavillari, distinctiunculas excogitare plures valent homines sophisticae in scholis, ad altercandum in circulis; sed videndum, num haec ante Christi tribunal vim habere debeant.

XXIV. Obiicies 6. Doctrina haec solum prodit rigorismum, & iugum suave Christi nimis grave efficit: scrupulis continuis animas torquet, anxias, triflesque reddit. Omnibus ne delectationibus vale dicendum? Quis etiam, dum suaves comedit escas, dum fragrantem rosam olfacit, dum virentem campum, florens viridarium profectat, harmonicos cantus audit, non oblectatur, delectationemque non percipiat? An David ipse non canit: *Delectasti me, Domine, in infirmitate tua?* Si haec peccata sunt; vera ergo est doctrina Ioannis Hus, Luteri, Calvini, blasphemantium, homines in actionibus omnibus peccare; quam haereticam damnarunt Concilia Constantiense, & Tridentinum. Hoc *sess. vi. illud sess. xv.* ubi haec sextadecima Hus propositio proferitur est: *Divisio immediata humanorum operum est quod fit vel virtuosa, vel vitiosa.* Adde, quod S. Hieronymus *epist. lxxxix.* ad Augustinum scribit: *Bonum est continentia, malum est luxuria. Inter utrumque indifferens ambulare, digerere alios Beronae, capitis verbis purgamenta proferere, spiritus rebrumata tacere. Hoc nec bonum, nec malum est: sive enim feceris, sive non feceris; nec in iustitiam habebis, nec iustitiam.*

XXV. Haec opponere si dumtaxat valet qui christianae legis indolem, & humane naturae dotes ignorant. Iugum Christi honestatis arioni suave; contra delectationibus carnis, & sensuum voluptatibus alperum, amarum. Iugum Christi hostiliter cum voluptatibus pugnat. Quo magis homines moderantur sensus, cohibent passiones, quo longius a brutis distant, operantes non ut bruta naturae impetu, sed rationis ductu, & eo facilius portant Christi iugum & pulvis, tristitia, serantes in via Dei ambulantes. Directio omnium operum in finem honestum nec scrupulos inducit, nec anxietatibus pungit ani-

um: quoniam directio ista non actualis, sed virtualis est. Cedo. Onus ne grave illud quod homo singulos dies auspicietur a Dei invocatione, omniumque operum oblatione in Dei gloriam? Haec sola oblatio, haec prima directio fiat est ad regenda cetera omnia quae per integrum diem operaris; tamenque plurima his facturus quorum nulla te subit cogitatio. Quo frequentius reperitur directio, illuc, eo laetior & exultantia anima incedit. Delectationes plurimas experitur in dulcissimo carum sapore, in pulcherrimo naturae prospectu, in cantus auditu, in odorum fragrantia; sed illis utitur, non fruitur, belliarum more. Omnia in praestitutum a ratione honestum finem dirigit. Dum homines assuescunt in voluptatibus sistere, & sensibus indulgere, pedetentim a morum regalibus, a rationis luce cum filio prodigio in brutorum regionem abeunt, & si quis passi voluptatum ceno sese ingurgitant. Et tum clamant, iugum Christi severum esse, crudele, immane, quod illorum voluptates damnet. Experimentum consilium. Mundanis viris vera Christi paupertas, stultitia est; penitentia, quae exoro reprimantur, sensus coercentur, subjungunt appetitiones, truculentia est carnis. Contra Dei viris suave convivium, dulces epulae. Interroga bene moratos homines, grave ne illis sit iugum istud dirigendorum operum in finem honestum. Uno ore clamabant, suavissimum esse, & omnium consolationum plenissimum: tum dies laetos ducere cum vigilantibus & ferventibus propter verum finem operantur; tum tristiam, melamque agere vitam, cum tepidi, occitantes, negligentelque in hoc opere moderamine fuerint. Et quoniam sepe sensus rationem preveniunt, voluptas vigilantiam fallit, & subdole irrepit; heinc est quod viri sancti trepidant, humilantur, & cum tremore & pavore etiam salutis negotium agunt. Respondent actuum otiosorum propugnatores. Nonne peccamus quotidie omnes? An non cadunt septies in diem iusti? Propterea ne ab operibus cessandum? Propterea ne laxanda lex est? Propterea ne scrupulis, anxietatibus, superstitionibus lacerantur in partes? Pavidi utique semper filii viri iusti; sed tum beatos le reputant, cum pavidos se experiuntur. Pavor ite, vigilantia, attentio, sollicitudo in hoc altissimo negotio, non tristes, non anxios animos efficiunt, sed hilares expectatos, contentos. Quid si Augustini lacrymas salas ob voluptates captas, modo in ipso Ambrosiano cantus audita, modo in eis percipiendis representarentur? Quid Hieronymi auctoritatem ob-

obtrudant? Narrat Doctor maximus naturae opera, alium exonerare, nares purgare, theaurata eicere, quae nulla praesente delectatione, & necessario exercentur. Dum vero liberis sunt, spectata illorum natura, sive feceris, sive non feceris, nec iustus, nec iniustus evadit. Velligium ne in tota illa epistola est de debito operationum dirigendarum in finem honestum? Ubi haec veritas doctrinam, nonne conceptis verbis clamat: Si de verbis otiosis reddenda ratio est, quanto magis de operibus? Quae ratione Hieronymi, eadem & S. Thomae auctoritatem obtrudere possent. Nam & Angelicus integrum articulum insumit, ut evincat, officia reperiri ex obiecto indifferentia. Verum de hoc pluraquam satis.

XXVI. Ioannis Hus hereticis doctrina merito proscripta est in Concilio Constantiensi, quod haereticus ille, non leucacus posterioris discipulus, Lutherus, & Calvinus, contenderet, hominem peccatorem in singularibus actibus peccare. Haec est illius doctrina. *Divisio immediata humanorum operum est quod fit vel virtuosa vel vitiosa: quia si homo agit virtuosum, & agit quidem, tunc agit virtuosum: & si est vitiosus, & agit quidem, tunc agit vitiosum. Quia sicut vitium, quod crimen dicitur, sive peccatum mortale inficit universaliiter actus hominis vitiosus; sic virtus vivificat omnes actus hominis virtuosus. Hunc errorem adoptavit Lutherus, qui ex operibus Hus, & Wicleffi se profectice testatur in praefatione quam in istorum hereticorum opera ipse praemisit: & a Luthero errorem adoptavit Calvinus. Verum error hic perperam obtrahitur contra sententiam nostram. Nos enim & iustus venialiter peccare, & peccatores opera moralia bona efficere, posse defendimus.*

XXVII. Obiicies 7. Divinae Scripturae, quae omnia in Dei gloriam facienda, semper omnium praescribit; Patrum testimonia, quae omnia in finem dirigenda evincunt, aut probant dirigenda esse in finem supernaturalem; aut nihil evincunt. Non primum: quia alioquin omnia opera infidelium essent peccata; ergo neque secundum; cum non minus primum quam secundum evincant.

XXVIII. Fator hoc argumentum non leve mihi fallere negotium. Urgent ex una parte Scripturarum oracula, & Patrum, praescriptum Augustini, testimonia, quae omnino propter Deum facienda esse declarant. Urgent ex altera parte Ecclesiae definitiones, quibus decernitur, non omnia sive peccatorum, sive infidelium opera esse peccata.

Theologi plures & doctriina, & eruditione celebres, ipsa propugnant, omnia opera dirigenda esse in Deum finem supernaturalem, nullamque dari actum per se talem in individuo indifferentem, etiam in ordine supernaturali: quoniam homo in hoc providentiae statu elevatus est ad ordinem supernaturalem. Omnibus auxilia sufficientia offeruntur, vel conferuntur ad dirigendos actus suos in finem eundem. Dicunt vero, non omnia peccatorum, vel infidelium opera esse peccata: quoniam ipsa opera ex officio bona, dum non detorquentur in finem primum, non insuntur a malitia omnium dirigendi eisdem opera in Deum. Neque heinc sequitur: Ergo infideles semper peccant, aut quia opera natura sua bona in finem pravum insuntur, ut quia omittunt eadem dirigere in verum finem ultimum, nempe Deum, quem ignorant. Quodquidem respondent, Deum infidelibus ipsi interdum illustrationem infundere, & auxilium, quo aliquando in verum Deum aliquid quod opus bonum ordiant. Sententiam hac probabilem reputo. Iuxta hanc opinionem corruit obiecto. Oppositam ego proponavi Tom. I. in Decal. dissert. IV. Ideo alia via occurrer argumentationi quam obtrahere adversarii erubescere debent. Si tamen, ipsius fatentibus, Scriptura, & Patres praecipere videntur, omnia opera dirigenda esse in Deum auctorem supernaturalem. Ergo de hoc dumtaxat disputari solet, utrumque ne semper, & pro semper proferatur istud. Verum quod dirigi debeant omnia opera in finem honestum, naturae rationali consonum, neque in disputationem ex Scripturis, & Patribus revocari potest. Differimus autem, cur nullum opus in individuo sit indifferens in ordine ad meritum supernaturale, evidens est, & constat ex his quae dicta sunt. Nam obligatio operandi ob finem honestum insita est naturae rationali. Quoties enim homo ut rationalis operatur, ob finem rationis operetur oportet. Praeceptum caritatis dirigendi omnia opera in finem supernaturalem adfirmans est, & peculiare, quod pro semper non obligat. Constat, si plura cupis cit. Tom. I. in Decal.

XXIX. Quael. I. Sufficit ne habitu alius directio operum in Deum, sive in honestum finem? Resp. Negat S. Thomas pluribus in locis. In *disput. quael. de carit. art. 11.* scribit: *Omnia actu referre in Deum non est possibile in hac vita, sicut non est possibile quod semper de Deo cogitetur, hoc enim pertinet ad*

perfectiorem patriæ; sed quod omnia virtute referantur in Deum, hoc pertinet ad perfectionem caritatis, ad quam omnes tenentur. Post ad 2. subdit: *Aliud est habitualiter referre in Deum, & aliud virtualiter. Habitualiter enim referre in Deum & qui nihil agit, nec aliquid actualiter intendit, ut dormiens; sed virtualiter aliquid referre in Deum est Agentis propter finem ordinatum in Deum.* Interdum S. Doctor directionem habitualem pro virtutali usurpat. Requiritur ergo virtualis intentio, quæ actum præcedentem virtute remanet in voluntate. Consule quæ dicta sunt in Tom. I. in Decal. diserti. xv.

XXX. Fufius quam par erat, quæstionem verlavi; at utilitate prolixitate compenfabitur. Quæstio quippe hæc univerfalem morum regulam fpectat; etenim errorem in capitali principio plurima confequuntur aburdæ. Si itineris initio a femita defleſtis, quo magis progredieris, eo longius ab fcepto declinas. Primum omnium ergo honestæ piæque intentionis lux dirigat univerſum negotiationis tuæ opus, præcedatque officia omnia. Memento primum dignitatis animæ tuæ, quæ a brutis animantibus iunctus eſt, & inter ſpirituales creaturas collocatur. Recordare poſtea redemptionis tuæ, quæ Deus te ad finem ſupernaturalem revexit, ut ſcilicet vivas divinam vitam, cuius principium & radix vivifica eſt gratia ſanctificans, quam in baptiſmate recepiſti. Vita hæc celeftiſſima omnia in ſuum finem erigit quæ malitia non ſordent. Ad hæc regulam oculos converte, animique intende. Tum iter tuum fauſtis avibus perſeque, rectaque ſemita alacriter perſeque. Dum mane ſurgis, pri-

mum omnium Creatorem, Patrem, Providentemque tuum omnipotentem Deum proſtando reverere obſequio, victimas omnium operationum tali die exercendarum eidem referre. Oblationem hæc ſapius in diem inſtaura, amorique ignem accende. Tum experimento edoctus compertes, quam vanæ, quam inceptæ ſint nupte quæ adverſe ſententiæ patroni oppolueris. Concionatoria ne hæc?

XXXI. Quæſt. II. In duabus propoſitionibus ab Eccleſia damnatis, & ſupra relatæ, comprehenditur ne opinio de actu non indiſſerentia in individuo? Reſp. Ut meam proſtam imbecillitatem; non video quæ ratione opinio illi hæc declinare proſcriptionem poſſit. Non me latet, clamaturus adſerarios fore; opinionem hæc docere Scotum, Vaſquezium, & innumeram Scholasticorum multitudinem. Puerorum terriſſimam hæc ſunt. Suſcipiendi ſunt Scotus, Valquez, & ceteri omnes, & merito exculandi, quod ante definitionem Eccleſiæ ſcriperunt. Si poſt Eccleſiæ oracula ſcripſerint, aliud docuſſent, Læcius de more ſcripſit in iuſtus opinionis favorem P. Mattheus Moya *trac. vi. diſp. II. quæſt. III.* nec allegare pro hæc opinione reformidat S. Gregorium Nazianzenum, Hieronymum, immo vel ipſum D. Thomam *probabiliter* faventem. Laudat quoque S. Bonaventuram, Scotum, Valquez, Stubrochium, nempe Honoratum Fabrum, quorum auctoritate probare ſtudet, & coniuges propter delectationem poſſe licite exequi coniugales actus, & homines ceteros manducare, bibere, ſerſuſque alios exercere ob moderatam voluptatem captandam. Sed hæc theſes proſcriptæ ab Eccleſia ſunt.

DISSERTATIO II.

DE IURE NATURALI, GENTIUM,
ET POSITIVO,

prout eſt notoria actionum humanarum,

SEU

DE LEGIBUS.

PRÆLOQUIUM.



Adenus iuris naturalis, & univerſæ moralis honeſtatis fundamenta iecimus. Animæ rationalis actus voluntarij & liberi ſi ſunt qui iure naturali, & poſitivo divino, ac humano moderari, & regi debent. Lutherus, Calvinus, & ceteri qui libertatem a neceſſitate immunem negant, de medio neceſſario tollunt leges omnes. Vindicatæ adverſus litos rationalis naturæ hoſtes libertate, euſque idea expoſita, illud nunc eſt reliquum, ut iura, ſeu leges quæ hominis liberi officia moralia dirigunt, coercent, & moderantur, pleno in lumine collocemus. Plura diximus ſupra adverſus aquilonares hæreticos, qui elatis cothurnis, thraconica iactantia ſibi plaudunt, ſe iuris naturalis ſcientiam, tot ſæculis iacentem, & undique tenebris circumfulam ad primævum, Luthero duce, revocaſſe ſplendorem. In hæc diſſertatione craſtiores Hobbeſii, Pufendorfii, Thomæſii, & aliorum errores contra naturæ iura, nempe, non rebus iſtis coherere, ſed ſola hominum opinione conſiſtere naturæ ius, bonum, & malum, quemadmodum Hobbeſius (in cuius caſtra, veliſt, miſiſt, immigraſt Pufendorfius) & alii contendunt, pro modico meo proſtigabo, poſitulum S. Thomæ Aquinatis invictis rationum momentis. Heic propiam incitiam deprehendent illi femidoſi homines qui præſatos hæreticos, tanquam iuris naturæ magiſtros, luſcipiunt, & præconiis extollunt. Sed ad rem.

CAPUT I.

Variæ iuris acceptiones. Pro lege
hic accipitur.

I. Diverſa ſunt Iuriſconſultorum de hæc iuris voce placita, tum circa originem unde proſicitur, tum circa varios ſignificatus quos perhibet. Hugo Grotius in *Prolegom. de iur. bel. & pac. §. 12.* non aliunde eiuſdem repetendam originem arbitrat quæ ab ipſo *loze*, a quo lovis nomine ius Latinis dictum probabiliter putat. Quam etymologiam prius uſurpaverat Scip. Gentili *orig. iur. p. 270.* ut animadvertit Heinecius *Lib. I. cap. 1. §. 9. de iur. nat. & gent. & poſt illos Ioannes Baptiſta Vieo, Franciſcus Con-*

manus *Lib. I. Iur. civil. cap. 11. n. 4.* iuris etymologiam a dictione *iuxta* acceſſit: quam deductionem communiter ut arbitriam reſciunt alii. Maioragus *Lib. IV. Miſc. cap. 1.* a verbo *iuvo* ius derivat, quod adverſus vim prædium aſſerat. Sed commentum vanum eſt. Quarta derivatio, Latinis Scriptoris fatiſ familiaris, eſt a verbo *iubeo*, unde iuſum, & inde dempta ſyllaba, ius dictum volunt. Hæc derivatio minus præcedentibus diſſipet.

H. Ulpianus *Lib. I. ff. de iuſt. & iur. a iuſtitia ius deducit* inquiring: *Eſt enim ius a iuſtitia appellatum.* Communior eſt derivatio hæc. Quare etiam Iſidorus *Lib. V. etymol. cap. 111.* ſcribit, *ius eſſe dictum, quia iuſtum eſt.* Et S. Auguſtinus in *Peſal. cxlv.*